



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Friderici Karg Bambergensis Franconis. Pax Religiosa Sive De exemptionibus, & subjectionibus Religiosorum

Karg von Bebenburg, Johann Friedrich

Herbipoli, 1680

Decas V. De casibus Reservatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38315

ter avertat, necessitatem exponi, atque
 ab iisdem rogari fecit, an & quot perso-
 nas eum in casum publicæ animarum
 salutis consecrare parati sint: à quorum
 singulis cum laudabiliter promissæ fue-
 rint indefutura suppetiæ, Celsitudo sua
 huic tam generosæ oblationi clemen-
 tissimè acquievit, inunctâ Paternè of-
 ficio Sanitatis hâc cura, ut strenuis hisce
 Athletis in talem eventum (quem
 Divina Bonitas benignissimè arcere à
 nobis velit!) de necessariis vivendi me-
 diis, atque salutis remediis abunde pro-
 spiciatur.



DECAS V.

De casibus reservatis.

CAPUT I.

**An Episcopus reservare sibi pos-
 sit aliquos casus?**

168. Episcopis competit potestas reservandi.

169. Actus reservationis primario afficit
 confessarium in bonum Penitentis.

170. Quid de forensi accedente cum in
servato? Item de Regularibus non
emptis; & de monialibus univ[er]s[is].

168. **Q**Uinegaret in Episcopis
cesinac populum habentem
potestatem reservandi suæ absol
certos quosdam casus, ad fideles
ciplina Christiana continendos,
quidem ut etiam coram DEO
larius inferior talem à peccatis ejus
di nequaquam absolvat: is hæretic
tam nequaquam effugeret, ita debet
te S. Conc. Tridentino *ses. 14. ca.*
quâ potestate Episcopi jam olim
districtè usi fuerunt *c. fin. XXVI.*
ut sacer aliquis horror quoad gra
quædam crimina concitaretur in
Christianorum metuentium subire
men Episcopi, vel ejus Commis
rum, à quibus seunt rigidè disc
ejusmodi peccata, & non nisi sub
occasionibus, gravi que pœnâ imp
beneficium Absolutionis impend
dum.

169. Difficultas versatur in eo, *num*
actus reservationis Confessarios, an verò
Pœnitentes afficiat? Certè, si S. C. Trid.
 & subsecutas SS. Pontificum Declara-
 tiones accuratè pervolvimus, in propa-
 tulo est, per actum reservationis prin-
 cipaliter ac directè tantùm affici perso-
 nam Confessarii, a Statâ ejusdem juris-
 dictione: prout magis perspicitur ex de-
 finitione *casus reservati*, qui est pecca-
 tum aliquod mortale externum, ad ejus
 absolutionem inferioribus sacerdotibus
 jurisdictio non est concessa. Licèt eti-
 am indirectè ad Pœnitentes, non inve-
 nientes in ea Diœcesi sacerdotem infe-
 riorem à quo absolvantur, pertingat.
 170. Hinc patet, per actum reserva-
 tionis, utpote localem & restrictivum
 ad suam cujusque Episcopi Diœcesim,
 non affici Regulares extra Diœcesim E-
 piscopi reservantis, cui tales Religiosi
 subjecti non sunt, quosq̃ue S. C. Tri-
 dentinum solummodo declarat absol-
 vere non posse fideles ad se recurrētes à
 casu-

casibus reservatis Episcopo, in
 Dicecesi morantur. Nec enim
 vatio directè pœnitentes afficit; sed
 directè, suppositâ nimirum confes-
 sione sacramentali, quam emittendo
 tra Dicecesin proprii ordinarii, ubi
 que tandem peccatum committitur
 subduntur ei, cujus confessario se
 mittunt, ei que se subjiciendo per
 fariam consecutionem intendunt
 gare se ordinationibus factis in illa
 co pro conferendo ac obtinendo
 mentalis absolutionis effectu.
 liter, si Decreta reservatoria ge-
 ner concepta sint, comprehendunt
 am Regulares utriusque sexûs Episcopi
 reservanti subjectos ob restrictam
 reservationem immediatè potestatem
 Confessariorum, abstrahendo à
 cunque Pœnitente. Imò potestatem
 Episcopus Ordinarius loci, reser-
 monialium exemptarum, reservat
 certos casus præcipuè quoad
 clausuram, & casus constit. Inscr.

expressos, à quibus eas absolvere ne-
queant Regulares, quantiscunque pri-
vilegiis pollentes, ut Clemens VIII. 9.
7. Januarii 1601. expressè declaravit apud
Donatum.

CAPUT II.

An expediat reservatio ca-
suum?

171. *Reservatio expedit, si tendat in aedifica-
tionem.*

172. *Boni effectus reservationis discreta.*

173. *Reservatio malè accusatur tyrannidis.*

174. *Necessitas reservationis.*

175. *Inane quorundam exemptorum lamen-
tum.*

171. **S**. C. Tridentinum ses. 14. c. 7.
eam expedire omnino censuit,
dummodo tendat in aedificationem pœ-
nitentium; non in destructionem, quæ
sequi potest ex nimia Episcoporum se-
veritate, & peccatorum non gravium,
reservatione aut si indiscreto zelo com-
pellerè velint subditos ad aperienda sibi
imme-

immediatè peccata, unde periculum
nasci potest, ne pœnitentes nimio
rore aut animi quâdam infirmitate
culsi casuum reservatorum detectio
intermittant, & sacrilegia sacrilegi
mulent, quæ tanta profectò mala
ut majora ex non. reservatione
possint.

172. His verò seclusis, si debita
discretionè procedatur, ut & dilata
negata ad breve tempus absolutio
defectum jurisdictionis, pœnitentia
salubriter terreat; & petita sive pœ
nitentem ipsum, sive per Confessarium
citra difficultatem ab Episcopo
vante concedatur, describi non potest
quantum indè sperandum sit bono
modo Confessarii hac in parte
suum rectè adimpleant, nec diver
vadendi modis, in reservationis Ep
palis præjudicium, pro libitu contra
Pœnitentes unà secum in pernicio
ternam abducant.

173. Qui reservationem moderatè

tyrannidis accusant, præterquàm quòd
 de sancta Matre Ecclesia & Sacro Epi-
 scoporum cœtu pessimè sentiant, igno-
 rare se ostendunt, quantus olim rigor
 adhibitus fuerit in absolutionis benefi-
 cio impertiendo. Quanquam enim alii
 insuper modi supersint evitandi gravio-
 ra peccata, corpusque visibile militan-
 tis Ecclesiæ modis ac mediis visibilibus,
 extra forum Secretum & Divinum, con-
 servandum esse videatur: hæc tamen o-
 mnia à ceterioribus Conciliis, & SS.
 Pontificibus, ac Episcopis considerata
 quis neget? quorum praxis cum hoc e-
 iam medium promovendæ Christiano-
 rum Sanctitati adhibeat, ego cum ob-
 oquentibus ejusmodi graculis sentire
 non velim.

174. Deinde quid, quòd multa pec-
 cata Deum, proximum, & bonum pub-
 licum graviter offendentia, ob facilita-
 tem eadem obtegendi coram oculis ho-
 minum, fori externi punitionem ex-
 ludant? quid, quòd aliqui in eo subli-
 mitatis

GI
 35

mitatis vel præpotentiæ gradu sine
 ut nec cenforem externum, nec
 metuant? Talibus certè multum
 derit sacer ille horror in Sacramen-
 foro incussus, haud ingratus
 quòd profluat ab impotentia, non
 luntate vel indignatione Confessari-
 viter remonstratâ criminis turpitudinis
 vel enormitate, offerentis se ad
 dam à Superiore licentiam, ut
 absolutionis gratiâ ad viam salutem
 catur. Dum è contrâ plurimùm
 nimia Confessariorum mutorum
 qui non volentium indissimulata
 lerum gravitate facilitas, & Per-
 sæpe non tanto cum fructu
 quod Confessarium voluntari-
 oratâ quâdam austeritate facere
 quàm quod ex necessitate fieri
 eodem, tanquam medico compo-
 ac pharmaci sibi destinati amarum
 veluti prægustante, suscepto in
 quærendi à superiore reservante
 dium absolutionis,

175. Non ignoro vetus illud, sed vanum exemptorum quorundam non tam Pœnitentibus, quàm subjectioni suæ indolentium epodion: *difficillimum redditantillis reservationibus Confessorum munus.* At hujus farinae homines ad Stephanum Gradum Bibliothecæ Vaticanæ Præfectum remitto, hoc unum subjungens, mirandum esse, quòd cum vel nunquam, vel rarò Confessarii, anteriores exemptis, de reservatione tunc etiam usu recepta conquesti fuerint, novelli primùm futilibus lamentis aures Episcoporum fatigare præsumant.

CAPUT III.

Quomodo se gerere debeat Episcopus in absolvendo vel danda licentia absolvendi à reservationis?

6. Pœnitentiæ forum est arcanissimum.
7. Superior debet esse facilis in danda Confessorio ad se recurrenti licentia; nec curiosus.

*Non in culpam inquirere cum periculo
festationis Pœnitentis.*

176. **C**um arcanissimum sit de culta
Divino Pœnitentiæ foris de
S. Bernardus meritò dixerit, nihil
minus sciri, quàm quod seiret per
fessionem, idque in favorem Sacro
ti facilitandi Jure Divino à Christo
constitutum sit, adeò ut Confessio
omnibus ita se gerere debeant, per
hib illis in eo Tribunali detecta
set; nec habitâ exinde notitiâ
bernationem exteriorem, sive
quicquam uti possint. Hinc Episcopus
& quisque superior auctoritate
vandi sibi casus aliquos prædicit
præ primis debet, ne odiosam
Pœnitenti confessionem, aut sub
remotam occasionem præbeat
spicandi de superiore, quasi
occultum in publicum forum
here cogitet, aut ejus notitiâ
regimen externum abuti: quod
potissimum modis fieri potest

gendo Pœnitentem, ut ipsimet Superi-
 ori confiteatur. II. nolendo dare fa-
 cultatem absolvendi à casu reservato, ni-
 si declarato genere peccati, pro quo li-
 centia absolvendi desideratur.

177. *Quoad primum*: Danda est sine
 difficultate confessario ad Superiorem
 recurrenti licentia, ut facilitetur Sacra-
 mentum Pœnitentiæ, & Sacrilegia vel
 perpetua in malis obstinatio evitentur,
 nisi superior moraliter certus sit, ejus-
 modi licentiam fore potius ansam ad re-
 cidendum in malum; quàm tamen certi-
 tudine morali Episcopus rarò niti; sem-
 perque potius damnosam Pœnitentium
 verecundiam minuere debet. Quò
 particulariter etiam respexisse videtur
 Clemens VIII. in constitutione edita
 pro casuum reservatione, & innovata à
 Congregatione Concilii de jussu Ur-
 bani VIII. A. C. 1624. ubi prohibetur
 superioribus Regularibus, ne Religio-
 sos sibi subditos adstringant ad confi-
 endum sibi, etiam si habeant casum re-

servatum: cuius rei causam affert S. T. mas, quia multi sunt adeò infirmi vix ad hoc adigi possint. *Quoad* dum: non licet Episcopo vel alii priori licentiam daturò in culpam rere, nisi quando ei persona igno- neque periculum subest, ne ex ne culpæ Superiori vel cuiquam tegatur.

CAPUT IV.

De usu Bullæ Cruciatæ & solutione indirecta à casibus reservatis.

178. *Artes quorundam exemptorum sum Bulla Cruciatæ.*
 179. *Reprobatur sententia de absoluti- recta à casibus reservatis.*
 180. *Ecclesia hic non supplet iuris-*
 181. *Quid agendum in casu necessitatis irremovibilis impedimenti?*
 182. *Quid Episcopus reservans intendit ab Episcopis.*
 184. *Differentia inter periculum mortis alias necessitates.*

178. **Q**ui diversas Religiosorum artes
 considerat, facile videt, non
 tam ab iis principaliter quæri Pœnitenti-
 um, quam proprium illorummet fa-
 vorem: sic enim I. usus Bullæ Cruciatæ
 ad subterfugiendam necessitatem pe-
 tendi ab Episcopo absolvendi licenti-
 am à Religiosis non sinè ingenti relaxa-
 tione adhibitus: factâ autem illius Pri-
 vilegii abolitione:

179. II. Famosa illa sententia de ab-
 solutione indirecta à casibus reservatis
 in Scholas & confessionalia quorundam
 exemptorum invecata fuit, quæ tamen
 nec solida, nec tuta est, sed perturbati-
 va disciplinæ Christianæ, & jurisdictionis
 Episcopalis, contra Regulam ac or-
 dinem Juris, *quod unâ viâ negatum est,
 alterâ concessum videri non debere.* Nec
 enim I. quòd talis Confessarius ab ali-
 quibus saltem possit absolvere, sufficit,
 ut per consequentiam ab aliis quoque
 reservatis indirectè saltem quoad cul-
 pam absolvere posse dicatur; imò potius

G 3

è con-

è contrario, cùm unum peccatum
 tale sinè altero non remittatur, &
 fessarius à reservatis absolvere neque
 nec ab alijs non reservatis absolutio
 Sacramentalem impertiri posse
 dus est obreservatorũ casuum cum
 reservatis conjunctionem. Qu
 modum qui centum librarum on
 non majus Herbipoli Bamberg
 tare in humeris potest, non est
 huic oneri, si eidem gravius qu
 addatur,

180. Neque II. bene recurrit
 clesiam suppletentem jurisdic
 nè Canone id asserente, imò
 centibus expressè ac nullitate
 rantibus Constitutionibus SS.
 cum, Decretis S. Tridentinæ
 & reclamante ipsorummet Ep
 rum casus ejusmodi suæ tantum
 ctioni reservantium intentione
 hoc prætextu quæque quibus
 quoslibet liceant, cum aperta

ctionis Episcopalis involatione, ac nul-
 litate: quod quidem Justus peccatorum
 Vindex meritò quandoquē permittit in
 criminum pœnam *2. Thessal. 2. v. 10.*
Pro eo, quòd charitatem veritatis non
receperant, ut salvi fierent, ideo mitte
illis DEUS operationem erroris, ut cre-
dant mendacio. Ubi non immorabor
 recensendis iræ Divinæ flagellis, quibus
 reprobos affligit *Pf. 31. v. 10.* Sinendo
 eos in plura continuò crimina labi, ac
 trahi in reprobum sensum, *Rom. 1. v. 28.*
 vel incidere in Magistros erroris, à qui-
 bus decipiuntur, dum nullo labore cu-
 rari se putant, quod est flagellum acer-
 bius omni flagello, & signum damna-
 tionis.

181. Aliud est, dato casu necessitatis,
 vel irremovibilis impedimenti: E. G.
 Sicubi moris est, ut Sponsus & Sponsa
 pridie solemnitatis nuptialis simul pub-
 licè ad Sacram Synaxin accedant; vel si
 Mater invitet filiam ad sumendam se-
 cum Eucharistiam &c. tunc enim in-
 stante

stante casu S. Communionis indiff
bilis, quo, citra manifestum diffam
nis vel sinistrae de se suspicionis per
lum, S. Communionem omittere
prius ad Confessarium auctoritate
libus absolvendi pollentem acci
penitus nequeunt, Confessarius, cu
eâ necessitate, illos cetero qui be
spositos absolvere etiam à reservat
piscopo potest, non autem à obligat
ne accedendi per se vel per Conf
um ad Superiorem reservantem
tunc sufficit à Pœnitente vel ejus
fessario sola peccata reservata et
eò quòd, cum jam remissa fuerint
ad culpam & reatum pœnæ ætern
maneat sola obligatio reservationis
culpa non est, sed aliquid ad piè
dum ac in officio Christianæ ju
continendum hominem introduci
à quo, si culpa sublata sit, liberari po
etiam extra Sacramentum.

182. Sive, ut clariùs dicam: cum
sunt, quæ Episcopus reservans, inter

primum, nec peccator tali culpâ grava-
 tus absolvi possit ab alio, quàm ab ipso-
 met Episcopo, vel cui id expressè com-
 miserit: *Secundum*, ut visâ hâc obtinen-
 dâ absolutionis difficultate, & pœniten-
 tiâ majoris sibi de Episcopi jussu injun-
 ctâ apprehensione salutari perculsus ad
 eor redeat, culpasque ejusmodi, adju-
 vante Divinâ gratiâ, studiosius evitet:
 quamvis Episcopus pro tali casu, quo
 ob evidens periculum certæ diffamatio-
 nis aut saltem deterioris suspicionis
 præceptum recurrendi ad se pro absolu-
 tione Sacramentali moraliter impossibi-
 le, seu quod idem est, habitâ ratione
 pudoris, ac famæ, difficillimum reddi-
 tur, jurisdictionem Confessariorum
 suæ Diœcesis, ut æquum est, proroget:
 limitatè tamen id facit, & sub modo,
 ac obligatione extra Sacramentum con-
 sequente ipsam absolutionem jam præ-
 missam: ubi vides remanere saltem re-
 servationis alteram finem, adeoque ob-
 ligationem se præsentandi Episcopo
 statu-

statuente, ut, si quis in tali necessitate
casu ab inferiore sacerdote velit ab-
vi, contrahat obligationem præsen-
di se deinde superiori, ut primum
modè poterit, vel intra tempus in-
to expressum.

183. Et ne quis hic fortè no-
scirpo quærat: cum absolutionis
mentalis effectus suspendi non potest
tempus, adeoque nulli omnino
tioni subjaceat, sed vel ad prolatam
formæ illico conferatur, si cætera
sita concurrant; vel aliquo eorum
cujus subitò nullus sit: adverte
ditionem præsentandi se deinde
ori inseri non posse absolutioni
mentali, à cujus implemento
menti Pœnitentiæ effectus depen-
sed in bonum Pœnitentium com-
lummodo posse statutum à super-
approbante ac reservante, ut, si
præfatis vel similibus casibus pro-
rum remissione ad inferiorem recu-
velint, absolutionem quidem à talibus

fessario obtineant; Superiori tamen
 presentare se proxime teneantur ex ob-
 ligatione propria voluntate contracta,
 dum petendo absolutionem reservato-
 rum ab inferiore, qui non potest absol-
 vere, nisi poenitentes ipsi ex animo sub-
 ceant se predictam obligationem se pra-
 sentandi, consequenter acceptant hoc
 statutum & onus: quod nemini absolu-
 te, sed conditionate extra Sacramen-
 tum imponitur, si poenitens ab inferio-
 re Sacerdote velit absolvi.

184. Unde si directe Superiorem
 accedat, nec absolutionem ab inferiore
 petere velit, nullam ex vi talis statuti
 contrahit obligationem: at si ab inferio-
 re quidem absolutionem petat, sed abs-
 que seria intentione se presentandi jux-
 ta statutum, irritam facit confessionem
 obsequendi proposito destitutam.
 Quod si demum tempore confessionis
 firmum ac serium se presentandi pro-
 positum habeat; illud vero non exequa-
 tur post absolutionem obtentam, non

revocatur beneficium absolutionis
 lidè semel impensum; sed incurritur
 vum lethale peccatum transgressio
 statuti, quod illum obligat ad se
 sentandum Superiori statim, vel
 tempus in Statuto præfixum, habe
 tractum successivum obligationis,
 usque se Superiori reservanti præ
 Ut rem totam paucis absolvam,
 fessarius inferior, exposito sibi per
 fessionem pœnitentis casu reserva
 cali Episcopo, cum proportione
 faciat, quod facturum esset, si ab
 Pœnitente proponeretur casus
 notatâ hâc differentiâ inter art
 vel probabile periculum mortis,
 ter alias necessitates, quòd in prior
 lata sit omnis reservatio, & recupe
 licèt salute se præsentandi necessitas
 aliis verò ad consulendum famæ &
 recundiæ Pœnitentis superior eâ
 ditione facultatem absolvendi à Re
 yatis Inferiori concedat, si Pœnitent

cerè paratus sit ad se postmodum superiori denuo presentandum: ut Celsitudo sua fusiùs declaravit, & in scholis suis publicè doceri praecepit.

CAPITULUM V. An reservatio casuum extendatur ad peccata ante eius promulgationem commissa?

185. Respondetur distinguendo.

185. **D**istinguendum est an reservatio in rem aut sine adiectione temporis futuri praecise concepta sit: E. G. *Perjurium judiciale*, &c. an verò cum adiectione temporis futuri E. G. *Qui perjurium judiciale commiserit*, &c. in hoc secundo casu perspicuum est, reservationem ad commissa ante promulgationem nequaquam extendi: alias verò, cum reservatio sit limitatio jurisdictionis, principalis que Confessarium, quam Pœnitentem afficiat, non vides, quid ad rem faciat, quòd peccatum ante vel post reservationem commisit.

missum sit, si sacerdos potestate jurisdictionali quoad absolutionem ab officio destitutus.

CAPUT VI.

An Pœnitens obligari possit ad detegendum extra confessionem Episcopo peccatum resecretum?

186. *Hodie Peccator obligari non potest ad detegendum occulta delicta sua extra sacramentum.*

186. **O**lim quidem inter forum internum & externum Ecclesiasticum vel nullum, vel modicum fuit discrimen, ut inter alia patet ex decreto Burchardi. Nunc verò, quodquam Tribunal duplex erectum, ad externum publica; ad internum publica, tum occulta delicta in confessione ad emendationem & reparationem peccatorum pertineant: nullus pœnitens cogitur obligari præcisè potest, secundum sententiam Ecclesiæ disciplinam, ad

festanda sua peccata extra Sacramentum
& Sacramenti forum internum: adeò ut
Superior absoluturus subditum, inte-
gram ejus confessionem audire, aut e-
um inauditum ad inferiorem cum facul-
tate absolvendi mittere teneatur. Quod
intelligendum est, extra casum *praced.*
c. 4. positum, & de Absolutione pro-
priè dicta.

CAPUT VII.

An Superiori liceat audire solùm
reservata, & ab iis Sacramentali-
ter absolvere?

187. *Non potest dari venia dimidiata.*

187. **S**acramentum Pœnitentiæ insti-
tutum est à CHRISTO ad for-
mam Judicii, quòd cum expositionem
ac cognitionem totius causæ prærequi-
rat, nescio quâ ratione nonnullis in-
mentem venire potuerit, ut dicerent li-
cere Superiori subditum cum reservatis
ad se venientem audire, & ab iis tan-
tum-

nammodo absolutum remittere
feciorem, ut à reliquis absolvat
verò venia dimidiata sperari pot
Domino c. *Sunt plures.* 42. de Pe
dist. 3. nec integritas confessioni
de Jure Divino.

CAPUT VIII.

**Utrum Pœnitens, post pul
tum Jubileum, sine nova licentia
absolvi possit à casibus re
miseribus servatis?**

188. *De Jubileo.*
189. *Inspicienda est formula facultatis
re Jubilei concessa.*

188. **A**D imitationem veteri
stamenti *Levit.* 25. & 27.
tutus est etiam Romæ Annus Jub
olim quidem centesimus qui sequi
tray. *Antiquorum.* 1. de pœnit. c. 1.
Deinde Quinquagesimus Extray
genius. 2. eod. tandem vigesimus
tus Extray. *Quemadmodum.* 4.

spensis extra Urbem, à tempore Sixti IV. per totum illum annū quibuslibet indulgentiis plenariis quoad vivos, etiam in mortis articulo constitutos, ut fideles tantò avidius ad lucrandum plenariæ remissionis thesaurum ad Urbem recurrant. Quanquam post annum Jubileum Romæ peractum, ad instantiam Episcoporum, plenissimæ etiam indulgentiæ cum aliis gratiis & facultatibus, plerumque ad quindecim dies, singulis Diocæsi- bus à S. Sede Apostolica concedi soleant, ut anno 1676. ad suæ Celsitudinis preces etiam factum fuit in Diocæsi- bus Bambergensi & Herbipolen- si.

189. Jubileum cum sit privilegium universale concessum omnibus Christi- fidelibus, amplissimeque interpretan- dum, & extendendum ad omnes casus, qui speciali notâ digni non sunt, videtur quidem omne jurisdictionis limitatæ vinculum relaxare: quia tamen per Ex- travagantem *Etsi Dominici gregis.* 3. Pauli

Pauli II. de Pœnitent. & remiss. res
 dubia redditur, ut omnis ambigen
 casio præscindatur, inspiciere jur
 mam facultatis Confessariis tem
 Jubilei electis concessa.

CAPUT IX.

Quid dicendum sit de In
 gentiis instar Jubilei concessis

190. Concessio amplissimarum qua
 indulgentiarum non tribuit ex se
 absolventi à casibus reservatis,

199. **C**oncedere indulgentiam
 modum Jubilei denota
 excellentiam ipsius Indulgentiæ
 copiosam remissionem omnium
 torum quoad pœnam: cui cum
 tas absolventi etiam à reservatis
 cessariò juncta sit, ejusdem con
 utpote in facto consistens, pœ
 non potest, sed ab ipsomet S. Pœ
 est exprimenda: aliud est enim
 à quibuslibet pœnis unà cum reat

pe Confessarii jurisdictioni subjectæ;
aliud illimitatam facultatem concedi
Confessariis a culpis etiam reservatis
absolvendi.

CAPUT X.

De casibus Bambergæ & Her-
bipoli reservatis.

191. Casus utrobique reservati.
192. De injectione violenta manuum in Cle-
ricos vel parentes.
193. De neglectu satisfaciendi piis Legatis.
194. De tertio casu reservato.
195. De homicidio.
196. De procuratione abortus.
197. De perjurio judiciali.
198. De falsificatione publicarum littera-
rum.
199. Qua intelligatur per filiam spiritua-
lem.
200. De fornicatione sacrilega.
201. De reliquis casibus reservatis.
202. De invalida absolutione complicitis in
crimine carnali opere consummato.

191. **C**asus utrobique suæ Cell. reser-
vati sunt: 1. *Injectione violenta*

manuum in Parentes. 2. Neglectio
ris faciendi p[er] Legatis intra annum
Iterata Baptismi, Confirmationis
sacri cuiuspiam ordinis susceptio.
Homicidium voluntarium, & ma-
rum ad illud, nec non abortus an-
fœtus studiosè procuratus, effectus
curo. 5. Falsitas testimonij in
lari, publicarumq[ue] litterarum falsitas
6. Copula carnalis, etiam tam-
tentata cum filia spiritali. 7. Ma-
caso sacrilega cum persona Re-
8. Notorius Concubinatus. Ulterius
Bambergæ jam ab antiquo referuntur
Episcopali subjacent enormis
Parentum, Percussio Clerici, He-
verò Percussio Clerici, stuprum
tum, crimen Incendiariorum. Quod
vis ex Decreto Clementis VIII. in
tum fit Ordinariis locorum, ne
perfluè reservet casus in Bulla die
Dominilegi consueta contentos
que alios sedi Apostolicæ specialiter
servatos.

192. *De iniectione violenta manuum
sive in Clericos, sive in Parentes* constat,
eam vel esse leuem, vel mediocrem vel
enormem secundum se: Facile tamen
ex levi gravem effici, ratione loci, si fiat
in loco publico, coram iudice, vel mul-
tis id advertentibus cum scandalo &c:
vel ratione personæ, si percussus sit Ma-
gistratus, Pater, Sacerdos &c: ut opti-
mè declarat Joannes XXII. in Extrav.
Perlectis. & in dubio suadet Prælatis, ut
potius inclinent, percussorem fuisse
gravem, quàm levem, ne injuriantes de
vicina absolute confessione, de facili in a-
trocies percussiones prorumpant.

193. Quantum ad neglectum satisfac-
iendi p[ro]p[ri]js Legatis intra annum, ex ipsis
met terminis liquet, per illum intelligi
quamlibet culpam omissionem sive
ex parte Heredum, sive ex parte Execu-
torum: nisi à testatore aliud tempus
assignatum sit, cujus voluntas in his pro-
nomina habenda est c. *Nos quidem.* 3. i-
bi: *cuncta secundum voluntatem de-
functi*

functi sine altercatione construere
Testamen.

194. Circa tertium casum res
itidem clara est ob spirituale ac in-
bilem characterem per hæc tria su-
menta impressum.

195. Homicidium voluntarium
casuale; vindicativum, non deli-
vum; injustum, non legitimum
debet, ut casum reservatum confite-
quamvis ad incurrendam irregula-
tem sufficiat homicidium quomodo
bet factum, iis solis, quæ in necessitate
sui defensionem cum moderamine
culpatae tutelæ patrantur, c. *Quæ*
de homicid. aut quæ post delictum
cautelam adhibitam, casualiter con-
runt c. *Dilectus* 13. eod. exceptis.

196. Procuratio abortus confite-
applicatione studiola cuiusdam
E.G. datione veneni aut potus
beratione; injunitione certi lab-
ad eum finem scienter destinata
ejiciendum mortiferè foetum ant

tum, masculum post 40. dies, foemel-
lam post 80. à tempore conceptionis.
Quòd si verò aut foetus vitâ caruerit, aut
de ejus animatione rationabile dubium
fuerit, gravissimè quidem peccatur per
studiosam ejusdem ejectionem; non
tamen casus reservatus incurritur, cum
ad incurrendam reservationem attenda-
tur res prout est à parte rei; casusque
verè dubii non subjaceant reservationi.

197. Ut *Perjurium* sit casus reser-
vatus, requiritur falsitas realis vel puta-
tiva, quarum utraque ad mendacium
sufficit; & quòd committatur in legiti-
mo iudicio.

198. Quamvis autem *falsificatio*, seu
crimen falsi, per ea, quæ passim tradunt
DD. ad c. *Licet ad regimen. 5. X. de*
crim. falsi pluribus modis fieri possit ac
soleat; hic tamen fraus circa publicas
litteras, seu fingendo tales, seu aliquid
in iis malitiosè immutando commissa
requiritur.

199. Per *Filiam spiritualem* hic intelli-

telligitur Pœnitens, vel Filia ab
 tante, fonte Baptismatis tincta, au
 curæ Pastoralis commissa: ita qu
 ut Mas, non itidem fœmina cal
 servatum incurrat. Ubi tamen
 vandum est, ex c. *Quamvis*.
gnat. spirit in 6. tamen si Parochi
 pœnitens vocetur Parochi aut
 sarii filia spiritualis: non aliud
 men, quàm ex collatione sacra
 Baptismi, & Confirmationis, on
 gnationem spirituales, ita ut tunc
 clusâ licet reservatione, deteg
 speciatim in Confessione hæc
 stantia, tanquam mutans specie
 cati, quod videl. ex specie fornic
 sacrilegæ transit insuper in specie
 cestus.

200. *Fornicatio sacrilega* non
 tur hic pro ea, quæ certam luxur
 ciem ab aliis distinctam constituit
 generaliter pro lapsu carnis volun
 cum Religioso vel Religiosa con
 mato.

201. De notorio concubinato, stupro
violento, crimine incendiariorum, enor-
mi offensa Parentum &c. per se clarum
est, quid per singula intelligatur.

202. Cæterum laudabiliter id quo-
que à Celsitudine sua 23. Novembris
1679. pro utraque Diœcesi statutum
fuit, complicem criminis carnalis opere
confirmati, extra mortis periculum à
Confessario complice sacramentaliter ab-
soluti non posse, jurisdictione cuilibet tali
quoad hoc per Celsitudinem suam prorsus
ademptâ, ad evitanda scil. pericula
majoris incitationis, & ne tollatur
erubescencia, ut bene notat S.

Thomas in 4. sent. dist.

19. q. 1.

H

DECAS